



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

S. Odilo Abbas. Cura defunctorum

[Köln], [1654]

S. Agnes Ord. Prædicat. Sæpor cælestium.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-71907](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-71907)

achera-
 as puer
 gere co-
 287 in
 pido,
 ommu-
 nptam,
 lam Ju-
 dire la-
 que no-
 tandem
 uferunt.
 tis indi-
 extule-
 mox de-
 clarum
 astor re-
 er bien-
 es, fece-
 . Hic au-
 tetit: eā
 ula anno
 ransferri
 filius Ge-
 em resur-
 um illius.



S. AGNES ORD. PRÆDICAT.

Sapor caelestium.

Deus, qui S. AGNETEM, Spiritus sancti gratia à teneris præventam, contemptis terrenis, cælestia sapere docuisti; da nobis ea sola concupiscere, per quæ, intercedente ipsa, in cælo veraciter satiemur.

Ora pro terrena sapientibus,

Mons Politianus in Etruria AGNETEM virginem protulit an. 1274: quæ concepto, citius quam ætas ferret, Religionis proposito, Sororibus de Pœnitentiâ adjuncta novennis est; Procenensi deinde monasterio, Abbatissam petenti, non sine miraculis data quindennis. Ex hinc illa in pane & aqua victitare, humi cubare, & corpus variis modis macerare usq; ad annum æt. 30; quando in locum voluntariarum pœnarum, successerunt divinitus immissi morbi, designati per cruces, quibus inter orandum complui aliquoties visa est. Repoposcit illam patria sua an. 1306, fundando intenta monasterio, cui S. Dominici institutum jussa divinitus legere, secundum ipsum deinceps vixit usq; ad 1317. Tunc quæ vivens miracula multa, plura patravit mortua; utraque cum Vita descripsit Fr. Raymundus Capuanus circa 1350. Paulo post adveniens in Italiam Carolus IV Imp, incorruptum corpus pie visitavit, & vicissim blande aspicientem se vidit. Cumque anno 1435 in locum Sororum Fratres successissent, translatum est in novam arcam corpus. Clemens VII urbi festum indulfit.

Ego autem in justitia apparebo conspectui tuo, satiabor cum apparuerit gloria tua. Ps. 17.